Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ipse delebit omes gentes has in conspectu tuo & possidebis eas. & iosue iste ingredietur ante te

ingredieris possidendas. Testes invoco hodie celum & terram quod proposuerim coram vobis vitam & mortem, bonum & malum. benedictionem & maledictionem. eligite ergo vitam ut et tu vivas & semen tuum. & diligas dominum deum tuum atque obedias vocibus eius. & illi adhereas; ipse enim est vita tua & longitudo dierum tuorum. ut habites in terra quam iuravit dominus patribus tuis abraham et isaac et iacob. ut daret eam illis. Abiit itaque moyses & locutus est omnia verba hec ad universum israel. & dixit ad eos. Centum viginti annorum sum hodie. non ultra possum egredi & ingredi. presertim cum et dominus dixerit mihi non transibis iordanem istum. Dominus ipse deus tuus transibit ante te. sic locutus est dominus. faciet que dominus eis sicut fecit seon & og regibus amorreorum & terre eorum. delebitque eos. Cum ergo & hos tradiderit vobis similiter facietis eis sicut precepi vobis. Viriliter agite & confortamini. nolite timere. nec paveatis a conspectu eorum. quia dominus deus tuus ipse est ductor tuus. & non dimittet. nec derelinquet te. Vocavitque moyses iosue. & dixit ei coram omni israel. Confortare & esto robustus. tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum. & tu eam sorte divides. & dominus qui ductor ure est. ipse adiutor tuus erit. & non dimittet nec derelinquet te; noli timere. nec pavescas. Scripsit itaque moyses legem hanc & tradidit eam sacerdotibus filius leui qui portabant archam foederis domini & cunctis senioribus israel. precepitque eis dicens. Post septem annos anno remissionis in sollempnitate tabernaculorum cum venerit omnis israel ut appareant in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit dominus. legesque verba legis eius coram omni israel audientibus eis & in unum omnem populum congregato tam virisque quam mulieribus parvulis & advenis qui sunt intra portas tuas. & audientes discant & timeant dominum deum vestrum. & custodiant impleantque omnes sermones legis huius. Filiique eorum qui nunc ignorant ut audire possint & timeant dominum deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra ad quam vos iordanem transito possidendam. Et ait dominus ad moysen. Ecce appropinquant dies mortis tue. vocato iosue & state in tabernaculo testimonii. Apparuitque dominus ibi in columna nubis que stetit

in mortem

C. xxxj.

ut precepit ei. Abierunt ergo moyses & iosue. & steterunt in tabernaculo testimonii.